

usurparetur pro forma secundaria istorum nominum, eo ipso non posset discerni utrum nomen, eiusmodi suffixo instructum, sit forma secundaria, an potius sit ipsa forma ordinaria cum pronomine possessivo. Ad hanc ambiguitatem vitandam usurpatur pro forma secundaria, suffixum *s* loco suffixi *is*. Ambiguitas, de qua loquimur, locum habere non potest in nominibus, quæ gaudent suffixo *am*, ut quæ non suscipiant in seipsis pronomen possessivum.

Nomina dualia vel pluralia, et si quæ sunt alia, quæ desinunt in *ik*, assumunt suffixum *is* in forma secundaria, mutant præterea suffixum *ik* in *ak*: e. g. *nasukwinintik*, *nasukwinintak-is*, *dux*.

Alibi loquimur de forma secundaria nominum quæ in se continent pronomen possessivum.

DE NOMINIBUS DIMINUTIVIS.

Nomina diminutiva fiunt suffigendo particulam *-nana*: e. g. *naoti*, *puella*; *naoti-nana*, *parva puella*; *lu'u*, *subula*; *luunana*, *acus*; *suak*, *hamus*; *suaknana*, *parvus hamus*.

iect
ver
Par
adi

su
sal
ko
na
lit
ka

kis
ksa
k'k
kan

klit

sun
phu